



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

25. S. Jacobus Apostolus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

tiam age, nec ego te deseram. Quis sub
tanta Patrona vivere, vel mori timeat?

Instructio meritoria.

Ab hac die discamus S. Magdalenam
venerari, certam hujus imaginem nobis
procurare, vel etiam ad aras hujus No-
mini sacras frequenter invisere, & quo-
tidie pro impetrando perfecto horrore
omnis peccati, solido sæculi contemptu,
& puro ac genuino Dei amore magnâ
pietate & affectu expansis brachiis *tria*
Pater, & Ave cum totidem *Gloria Pa-*
tri &c. persolvere statuamus. Deus ho-
noravit Magdalenam: Cur non & homo?

Festum S. Jacobi Hispaniæ

Magni Apostoli, & Protectoris.

EXHORTATIUNCULA I.

Sumusne amici Christi? Dilecte! Fuit
S. Jacobus, qui & usque ad mortem
Magistro in fide, & dilectione fidelis ex-
stitit. Quàm benè Cassiodorus: *Qui*
verè amicus est, omni tempore tam sere-
no, quàm nubilo diligit. Eum non se-
parat tormentum, labor non laxat, the-
saurus non superat, alienus amor non
occu-

occupat. O fili! Non erimus amici
erga Jesum tam veri, & fideles?

Instructio meritoria.

Adlaboremus! Sedemus ergo in te-
nebris? Laudemus Deum, & gratias age-
mus. Exultamus in prosperis? Time-
mus, quia proximi sumus lapsui. An-
artium est, in felicitate non dissolvi, &
in desolatione non dejici. Hujus Mag-
istros habemus duodecim Apostolos. U-
nos suscipiant in discipulos, 12. *Pater*
& *Ave* cum *Te Deum Laudamus* per-
solvamus. Hi nostri à latere sint socii
& Magistri!

II.

O Quantus erat labor S. Jacobi in
convertendis gentibus, & populis.
At profecit modicè, ut Sancti probaret
virtutem Deus. Amice! faciamus, quod
possumus, & debemus in munere no-
stro. Si respondeat fructus, glorifice-
mus, & benedicamus Dominum. Sin-
minùs, ne doleamus. Placet Deo sate-
cta voluntas. Negat fructum, ne super-
biendò rapiamus honorem, & gloriam
Deo

Deo. O mirabilem circà nos Dei providentiam!

Instructio meritoria.

Rerum exitus dependent à Deo. Nostrum est, acquiescere hujus sanctissimæ voluntati. Orare tamen expedit, & nostra sæpiùs cœlo, & Deo commendare munera, atque officia, pro quorum gloriosa expeditione aut sacrificium Missæ, aut sacramentalem communionem cum Lycaniis de omnibus Sanctis offeramus. Sine Deo, sine cœlitum patrocínio nihil.

III.

Nescitis, quid petatis. Quem ferit hæc Christi objurgatio? Nos ipsos. O fili! Erramus, si aliud petamus, quàm pati cum- & pro Christo, & sic intrare in gloriam Christi. Discamus itaque multa pati pro Nomine Jesu. Discamus malum pro malo non reddere, injuriam non facere, sed & factam fortiter sufferre: Discamus inimicos diligere, maledicentes non remaledicere. Ecce! Quæ nostra obligatio?

In-

Instructio meritoria.

Dum soli sumus in cubiculo, affue-
mus frequenter expansis in modum Cruci
brachiis adorare Crucifixum sub quo
que Pater & Ave, supplicantes pro
no, & gratia Christianæ fortitudinis,
patientiæ tempore aduersitatis, & delo-
tionis. Assuescamus & ad quemcumque
que afflictionis casum laudare Dom-
num, statim dicendo: *Deo gratias.*
Quod placuit Domino, factum est!
Nomen Domini Benedictum! Hic
Sanctorum est. Cur non & nostrum?

**Solemnitas Sanctissimæ Annæ
Christi Jesu Avix, & Beatissimæ Vir-
ginis Mariæ Matris glorio-
sissimæ.**

EXHORTATIUNCULA I.

Bona est oratio cum jejunio & ele-
mosyna, ait Tobias. SS. Annæ
postquam viginti annos in jejuniis,
precibus exegisset, denique à probro
rilitatis liberata est. Dilecte! spem
abjiciamus, si nos non citò audiat Deus.
Impetrabimus, si oraverimus cum con-